Trithemius, Johannes; Brant, Sebastian [Sonst.]; Heynlin, Johannes [Vorr.]: Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis
Basel, [nach 28.VIII.1494] [GW M47578] [Sack 3502] Seite 73b



Claruit ſub Adolpho imperatore: Anno dñi Milleſimo. CC. XC.

THadæus natiõe Florẽtinus: medicæ artis peritiſſimus doctor: qui eã ſcientiam apud Bononiã certis annis publico ſolario cõductus egregie docuit: & theſaurũ pene incredibilẽ cõgregans: magnã experiẽtiæ ſuæ famã acquiſiuit. Cum eñ ab aliquo principe uocaretur: nõ minus q̃ quinquaginta aureos ꝑ diurna mercede habere uolebat. Ab Honorio papa quarto aliquãdo uocatus: nõ prius accedere uoluit q̃ centũ aurei illi in diẽ ſtatuerent: qui a grauiſſima infirmitate curatus decẽ milia illi aureos cõdonauit. Scripſit:

| | | |
|---|---|---|
| In amphoriſmos hippocratis. | li. | j |
| In prænoſticos eiuſdem: | li. | j |
| In opus acutorũ eiuſdẽ: | li. | j |
| In Tegni Galieni: | li. | j |
| In Iſagogas Iohãnitij: | li. | j |
| De cõſeruanda ſanitate: | li. | j |
| Conſilia uaria: | li. | j |

Et quædam alia.
Claruit ſub Rodulpho imperatore: Anno dñi Milleſimo. CC. LXXX. Et tandẽ octogenarius Bononiæ mortuus eſt.

IOhãnes de Parma ex Bononiæ finibus oriũdus: ordinis fratrũ minorũ miniſter generalis: uir in diuinis ſcripturis eruditus: uita & cõuerſatiõe deuotus: & ſanctæ pauptatis amator inſignis: qui ex gymnaſio Pariſienſi ubi ſentẽtias legerat: in generalẽ abſens fuit electus: fertur multos & uarios ſcripſiſſe tractatus: quib⁹ nomẽ ſuũ ad memoriã noſtrã deuenit. E quibus ego tantũ reperi:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſentẽtias: | li. | iiij |
| De cõuerſatione religioſorũ: | li. | ij |

Claruit imperio uacante: Anno dñi Milleſimo. CC. LX.

IOhãnes christophori: ordinis frm prædicatorũ: in ſcripturis longo & cõtinuo ſtudio exercitat⁹: atq; in ſæculari philoſophia nobiliter doct⁹: ingenio facilis: & ſermone ſcholaſtic⁹: mlta in ſanctis ſcripturis fertur cudiſſe opuſcula: quorũ editio præſentib⁹ tũc utilẽ: illũ futuris reddidit notũ. Longo eñ tempore diuinas lrãs publice legẽdo expoſuit: & ſubtili ſenſu explicauit. De cuius cõmentarijs ſubiecta uolumina referuntur: uidelicet:

| | | |
|---|---|---|
| In euangeliũ Matthæi: | li. | j |
| In Marcũ: | li. | j |
| In Lucam: | li. | j |
| In Iohannẽ: | li. | j |
| In omnes epiſtolas Pauli: | li. | xiiij |

Et alia multa.
Claruit imperio uacante: Anno dñi Milleſimo. CC. LX.

HAmbaldus natione Romanus: ſacræ theologiæ ꝓfeſſor: & eximius interpres ſcripturarũ: ingenio ſubtilis & uehemẽs: & ad diſputãdas ſoluẽdaſq; earundẽ difficiles quæſtiones ſatis idoneus: fertur ad inſtructionẽ diſcipulorũ ſuorũ quædã præclara ſcripſiſſe opuſcula: quibus nomẽ ſuũ notificauit. Inter quæ extant:

| | | |
|---|---|---|
| Super ſententias: | li. | iiij |
| Quodlibetorũ quoq;: | li. | j |

Claruit ſub Rodulpho imperatore: Anno dñi Milleſimo. CC. LXX.

HEinricus de Gandauo: archidiaconus Tornacẽſis: natione teutonicus: uir in diuinis ſcripturis inter oẽs doctores ſui tempis eruditiſſim⁹: & in philoſophia ariſtotelica ualde ſubtilis: tantæ opinionis & auctoritatis in gymnaſio Pariſiorũ extitit: ut doctor ſolẽnis ꝑ uniuerſũ chriſtianũ orbẽ uocat⁹ ſit. Erat

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/trithemius1494/0162
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg